



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarivs**

Meibom, Johann Heinrich

Helmestadii, 1668

Caput Vicesimum Quartum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10160

dum quo apud alias gentes alter alteri temulentiam improsperat. Repetit hæc jo. Wierus lib. III. de Præstig. Dæm. cap. x.

CAPUT VICESIMUM QVARTUM.

SUMMARIA.

1. Ebrietas ex fumo quæsita.
2. à Scythis.
3. Massæ getv.
4. Thracibvs.
5. cohobba, fumo inebrians herba.
6. tabacum.
7. eius nomina varia.
8. usus salutaris.
9. abusus.
10. primum apud sacerdotes Indos.
11. deinde apud vngues.
12. hodie per totam fere Europam.
13. modus bibendi.
14. in eum lusus Barcloji.

Fuisse, qui ex fumo etiam ebrietatem quærerent, animi. I
que hilaritatem, paullo ante monui. De Scythis qni-
busdam id affirmat Maximus Tyrius serm. xi. Εἰ δέ τι οἷμα 2
Σκυθῶν γένετο μηδὲ ὄδωρ, ἐπειδὴν ἡ ἀντίστοιχη τῆς κτή-
μέθυριδον, νίστατις πρεσβύτερος, καίοντες εὐάδεις βοτανάς, πειναθί-
σαι λεῖς ἐν κύκλῳ τῇ πρᾳ, ᾠστές κερτῆρος, τὸ λαχεῖν τῆς ὁδο-
μῆς, καθάπερ οἱ ἄλλοι τῷ πότῳ. καὶ μεθύσκονται γε σπίτιοι τοις,
καὶ αναπηδῶσι. καὶ ἀδεστραποῦται. Scytharum natio est,
ut reor, una, quæcumq; aquantatur ad potum, si quando ta-
men ebrietatis voluptatem requirat, construit pyram, in
quam coniectis odoriferis herbis, ea circumcidet corona, cuius
odorem velut crateris haurientes, haud secus quam alii epato-
rūno, in ebrietatem vertuntur: quamobrem saliunt, canunt
siltantq;. De Massagetis idem scribit Herodotus lib. I. 3
Α'λα ἡ (Φοιτεζορῆσιον (λέγεται)) μένθρεα καρπὸς τίκτες δέ θυνται
Φέρονται, τοις, ἐπει τοις αὐτοῖς τῶν τοις σωμάτιοι κατέβαλλον, καὶ
τοῖς αναπονοῦσι, κύκλῳ τῷ περιβαλλόντος τὸ πῦρ.
ἰσφραγομένοις ἡ καταγιούσομενοι τοις καρποῖς τῷ ὅπεραλλομενοι,
μετουσκεδαντι τῇ ὁδῷ, κατέπερ Ἑλληνας τῷ σινῳ. πλεῦνος δέ

etiam.

Σπιθαλλομενς της καρπων, μαλλον μεθυσκεσται. οεσ οι οεσ ορχησ
σιν τε αιιδας, και εσ αοιδω απινεται. Ab illis inven-
tas etiam dicitur esse arbores, talem fructum ferentes, qui ita-
et us ab illis in ignem, quem turmatim collecti accenderint, o-
dore suo eos circumquaque considentes, perinde inebriat, ut
vinum Gracos: & covehementius, quo plus eius fructus fue-
rit injectum, donec ad tripudiandum cantandumq; conur-
gant. Petrus Martyr de rebus Oceanicis Dec. I, lib. I. me-
minit herbæ, similiter sumo inebriantis, quam cohobbam,
vocari ait, qua Insulani per nares absorpta in furorem qua-
si agantur, ac domum illico & tecta sursum deorsum mos-
veri, & homines versis vestigiis ambulare sibi imaginen-
tur. Nemini nostrum hodie non notus est fumus inebrians
ex herba, quam vulgocum Hispanis tabaco vocamus, Flo-
ridæ Virginiaeque incolis, unde primum est delata, ab in-
sula vicina id nominis nacta; Brasilianis petum dicta. Gal-
li nicotianam vocarunt, à Joanne Nicoto, Catharinæ Me-
diceæ Galliarum reginæ viduæ in Portugalliam legato, qui
inde eam primus deferens, reginæ obtulit. Unde mox ali-
ud nomen invenit, ut herbe de la reyne mere, sive regine
matris herba diceretur. Alii sanam sanctam appellantur,
à sanandi ulcera & vulnera vi magna, qua pollet. Planta
est salutaris, maximiique ad multos in medicina ægritudi-
nes usus: quod pluribus peculiari opere nos docuit Ægidius
Everardus Antwerpensis. Bonum vero factum si intra
usus istos stitisset. Hodie enim ob ejus abusum pluribus ab-
ominationi esse cœpit. Apud Indos primum ipsorum sa-
cerdotes ea utebantur ad responsa danda. Ea de re ita Mo-
nardes lib. de simpl. med. Novi orb. cap. de tabaco: Apud
Indos moris erat Sacerdotes de bellorum eveniu, aliusq; magni
negotiorum momenti consulere. Consultus sacerdos istius planta
folla sicca urebat, & eorum fumum tubulo seu cannula quadam

in os

in os excipiebat, deinde quasi in ecstasim quandam raptus ca-
debat omni n. otu privatus: sicq; permanebat aliquamdiu. Di-
scussa eius fumi facultate ad se redibat, referebat q; negotium
cum Damone contulisse, & responsa dabat ambigua, ut , ut
cumque eventus succederent, illus facile persuaderet, sic se
prædixisse: eoq; modo barbaros illos homines misere decipiebat.
Deinde vero vulgus etiam Indorum, ita pergit Monardes, 10
eum fumum per os & nares recepit animi gratia, quando inso-
nia videre interdum, & extra se rapi voluere, aut etiam de
suorum negotiorum eventu, ex insomniis, quæ illus apparebant,
iudicaturi. Nunc temporis per potiorem sane Europæ par- 12
tem vix tabernam invenias, aut popinam, in qua non plu-
res continuo desideant, ac fumum istum tartareum & Di-
abolicum ut vocat Hier. Benze Hist. Novi orb. lib. 1. cap.
xxvi. indesinenter ad ebrietatem usque hauriant, hilariter=
que se ipso invitent. Modus sumendi aut bibendi hic est. 13
Qui uti ea vult, sumit tubulum teretera non admodum lon-
gum ac perforatum ex argilla coctum, qui in fine desinit in
calycem parvum & excavatum. Huic calyci particulam
plantæ exiccatæ, & in frusta concisæ imponit, lucernæque
admovet, ut ignem concipiatur, fumumque emittat. Mox
tubuli orificium ori inserit, fumumque accensæ herbæ per
tubulum ad se trahit, atque ore & faucibus tam diu premit,
dum cerebri latebras pervadat, omnemque in iis humorem
concitet. Tum vero, ut de Caco Virgilius canit Æn. lib. IIX.

Fumibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Evomit, involvitq; domum caligine caca,
Prospectum eripiens oculis: glomeratq; sub auras
Fumiferam noctem, commissis igne tenebris.

Succedit sœtor pestilens, & insuetis abominandus, rivus.
que commoti humoris per palatum, nares, os, immo & o-
culos sœdissimo adstantium prorumpit spectaculo. Eve-
nit

P

nit

nit etiam, quod non minus mireris, ut qui primum fumo
huic hauriendo se addixerit, abstinere illo deinceps difficul-
ter queat. Unde sit ut subinde id genus homines tanta con-
tentione, ac velut maligni sideris afflatu perciti, tam furen-
ter fumum illum hauriant, mutuisque sorbitionibus se in-
vicem eosque invitent,

— — dum iam vertigine teatum

Ambulet, & geminis exurgat mensa lucernis:

ipsique fumo inebriati, ac saepe velut mente capti, stupefa-
ctis sensibus, oculis conniveant tandem in somnum, hujus.
que beneficio crapulam & vim cerebro receptam in novas
sorbitiones destinent. Itaque non immerito in istum plan-
tex hujus, alias minus noxiæ, abusum invehit Joan. Barclaii
Euphorio, Satyrici part. II.

Planta nocens, ô lethifero planta horrida fumo,

Quam bona diversis natura removerat oris.

Quis te, planta nocens, tristi vectare carina

Instituit demens, nostrisq; ostendere terris?

Scilicet infelix raperet quam secula Mavors,

Deformisq; fames, morbiq; cadensq;, senectus,

Proh dolor! & saepe legerent aconita novercae;

Heu etiam in nostras deerant hac fata ruinas?

Quis sordes, facinusq; tuum, dirosq; vapores

Explicit, & fædo surgentia nubila fumo?

Talis Avernali corrumpit spiritus auras

Missus in astralacu, mortuusq; germina solvit,

Vicinumq; pecus, volucrumq; intercipit alas.

Talis & inferni subter mala limina mundi

Vrget odor manes, quum lampada tristis Erynnis

Solvit & extincta fumant post praledæ.

Planta nocens, ô lethifero planta horrida fumo.

Te sismifero Cacus iact asset ab ore,

Actio-

*Alcidēn viciſſet odōr, te ſecula priſca
Si noſſent, poteſtant vacuis praferre cicutis,
Et de Cerberēanā tam te dicere ſpuma.
Tunc ſi quis patriam violaſſet cāde ſenectām,
Huic mites nimium flammaſ, huic lenta putaffenſ
Flumina : fumiſeri potaſſet nubila peti.*

Vide in eundem abuſum perorantem virum clarissimum
Joan. Freinsheimium Dissertat. de Potu Calidæ.

CAPUT VICESIMUM QVINCTUM.

S U M M A R I A.

1. *Potiones ex frumento pro pessimis habitæ.* 2. *in eas*
epigramma Juliani Imp. Gracum. 3. *Latine redditum ab E-*
raſno. 4. *Rhodomanus.* 5. *& Colero.* 6. *Abrincensis in A-*
lam Britannia ſcomma. 7. *in zythum, Eobani.* 8. *De cer-*
vifiarum vitiis Dioscurides. 9. *Galenus.* 10. *Aëtius.* II.
Oribasius. 12. *AEgineta.* 13. *Simeon Sethi.* 14. *Avicenna,*
15. *quos hodie refellit experientia.* 16. *cervisia veterum an-*
à nostris diuersa.

Sed revertimur ad potus extra vinum inebriantes, qui ma- 1
gis propriæ ita vocantur, & ex aqua & frumento ac fru-
mentaceis parantur. Hi autem fere omnes sine discrimine,
quocunq; etiam nomine vocentur, malè apud veteres,
immo & recentiores quosdam audiunt, & pro potibus ha-
bentur pessimis. Extat ſalſum in eas epigramma Juliani 2
Imp. 58 ἀρχάται, Anthol. Grac. lib. 1. tit. eis οἶνον.

Tis ; πόθεν ἔι , Διόνυſος ; μα` γδ τὸν ἀλαζέα βάνχον,
Οὐ σ' ὅπηγινώσκω. τὸν Διὸς οἴδα μόνον.

Κεῖνθρον εἴηταιρ ὄδηθε. συ' ἦ τρέψῃ. ἡ ρά σε κελεῖ.

Τῇ πενίᾳ Βολύων τεῦχον ἀτ' ἀτυχέων ;

Τῷ σε χρῆν παλέειν δημιτρεῖον, & Διόνυſον,
Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμον, & βρόμιον,

P 2

Quod